

Heinrich Schuckmann Heinrich Acidalius

Disputatio Inauguralis De Transactionibus

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746838468>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (143.)

1. Schlevogt, de poenitentia.
2. Schlevogt, de fore gestae administrationis.
3. Schlevogt, de testamento parentum inter liberos.
4. Schlevogt, de naturali hominum inter se amore.
5. Schlevogt, de utili rei pecunia dotali comparatae vindicatione.
6. Schlevogt, de alienatione domino prohibita.
7. Schlevogt, de expensis deq. eademque ^{dem} exceptionibus.
8. Wildvogel, de furtis in iudicium.
9. Schlevogt de ingenuis germanorum.
10. Schlevogt de crimine abortus.
11. Schlevogt de dominio revocabili.
12. Schlevogt de citatibus requisitis et efficacis.
13. Schubart, transmissio hereditatis.
14. Schubart, de administratione rerum ad civitates pertinentium.
15. Schubart, de statu liberorum dubio et illegitimo.
16. Schubart de emenda Saxonica injuste incarcerationato praestanda.
17. Schuermann de fideiuribus.
18. Schuermann de fructibus.
19. Schuermann, de crimine laesae majestatis divinae et humanae.
20. Schuermann, de transactionibus.
21. Schuermann, de publicis judiciis.

22. Schuermann, De interesse.
23. Schütten De collisione obligationum.
24. Viethen ad institut. Justin.
25. Sixolt cognomine Schütz, de lucrat. coad. simpliciter.
26. Schulz, de jure hominum tutelarium.
27. S^huster, de adjecto.
28. Schütten, de competentia judicis.
29. Schwartz, de obligatione proprietas bonae fidei ad rem
dominam restituendam.
30. Schwartz, de jure hominum nasciturorum.
31. Schwartz, crimen laesae majestatis.
32. Schwartz, De feloniam Vasalli ex causa adulteri et stupri.
33. Muscius, de testamentis.
34. Berlich, de electione.
35. Brunst, quod Ambrosius Theodosium A. S. Caetera excludens,
majestatis, aut aliud grave crimen non commiserit. disput. prior.
36. Brunst — — — — — disput. posterioris.
37. Brännemann, de codicillis, indultis connubialis mili-
tum sive cum Liberi s^um.
38. Braun, de protectorio imperii, quae Caius Aug. Vult. h^unt.
39. Brenncypen, de praestatione coitionis in cessione
nomi nis.
40. Brinckmann, de notario eorumq. officio.
41. Brückner, de jure fortium.
42. Brückner, de rationibus administratorum.

DISPUTATIO INAUGURALIS

TRANSACTIONIBUS,

Quam

DEO TER OPT, MAXIMO DIRIGENTE

EX DECRETO

Magnificæ, Nobilissimæ & Amplissimæ

Facultatis Juridicæ, in Illustri Academia

Rostochiensis,

PRÆSIDE

Spectabili DN. DECANO

Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo

& Excellentissimo

DN. HEINRICO SCHUCKMAN,

Jcto celeberrimo, Codicis Professore Publico &

Consistorij Ecclesiastici Ducalis Assessore gravissimo, Do-

mino Promotore ac Præceptore suo singularis re-

verentia cultu ætatem colendo,

PRO LICENTIA

Supremos in Utroq, Jure Honores, Insignia & Privile-

gia Doctoralia consequendi,

Publico subijcit examini

HEINRICUS ACIDALIUS

Perlebergensis Marchiacus

Die 28. Mart. horis matutinis & pomeridianis

in Auditorio Majori.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr 1650.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI ATQUE DOMINO

DN. FRIEDERICO WILHELMO
MARCHIONI BRANDENBURGENSI,
S. R. IMP. ARCHICAMERARIO ET ELECTORI,
BORUSSIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANOR: CASSUBIOR: VANDALORUMQUE
NEC NON IN SILELIA CROSNE ET CARNOVIÆ
DUCI,
BURGGRAVIO NORIBERGENSI
PRINCIPI RUGIÆ,
COMITI DE MARCA ET RAVENSBURG,
DOMINO IN RAVENSTEIN, &c. &c. &c.

PRINCIPI AC DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO

Disputationem hanc Solennem in humili-
limæ subjectionis signum humili-
ter offert & consecrat

Serenis: Iplius Cellitudinis

Subiectissimus & aternum devotus

Heinricus Acidalius.

7
Cum tunc sit materia Transactionis difficultas, ut (secundum
Castrensem) in toto Codice nulla difficultior, aut subtilitate & varietate
majori involuta inveniatur; tanta contra utilitas, ut (teste Sichardo)
utilitate facile cum omnibus certare possit; nemo inficias ibi, hanc mate-
riam præ ceteris consideratione & discussione dignam esse arg. l. 1. pr. de suspect.
tur. l. 25. de liberat. leg. l. 15. §. 26. de injur. Nov. Leon. 46. Quapropter opera præ-
tium ducimus amplissima Transactionis materia potiora atq; summa de libere capi-
ta, eaq; per nonnullas theses congesta loco Disputationis Inauguralis proponere. Omis-
sa itaq; ulteriori commendatione arg. l. 1. de in integ. restit. (ne Solem facibus ad-
juvare velle videamur, ut in dissimili Anacleus loquitur c. 7. causa 6. quæst. 1.) sta-
tim, DEO ALTHORE nostras gubernante actiones l. 1. C. de Vet. jur. enucl. ex que
omnia nostra dependere & ad quem respicere competis Nov. 109. pr. rem ipsam ag-
gredimur, Eumque devotè rogamus, ut non modo huius, sed omnis nostri laboris prin-
cipium, medium & terminus esse velit d. Nov. 109. Sit itaq;

THESES PRIMA.

Transactio vocabulum est compositum à trans
& actio, sicut verbum transigere à trans & agere. Sumitur
dupliciter (1.) generaliter pro cuiusq; negotii l. 35. *in fin. de*
pac. l. 13 § 7. de his qui nos. infam. l. 18. § 4. de dol. mal. l. 46.
de R. V. l. 31. de iur. iur. Auth. presente C. de fidei. j. (2) spe-
cialiter pro rei dubiæ & lingiosæ compositione, decisione &
terminatione l. 1. l. 3. l. 8. ff. l. 1. l. 1. & pass. C. b. 1.

2. Definitur secundum postremam significationem, quod sit duorum vel
plurium conventio l. 1. §. 3. *de pac. l. 17. C. b. 1. alicujus controversiæ l. 14. b. 1.*
vel litis incertæ l. 1. ff. l. 16. C. b. 1. l. 6. C. de salut. vel rei dubiæ d. l. 1. ff. l. 12. C. b. 1.
componendæ vel decidendæ causa facta, dato aliquo vel retento vel promisso
l. 38. C. b. 1. l. 3. C. de repud. vel abst. hered.

3. Genus definitionis aptissimum est Conventio arg. l. 1. § 3. *de pac. Et*
enim nonnunquam decisio l. 7. *de condi. fur. l. 3 §. 1. ad L. Falcid. l. 7. l. 19. l. 33.*
C. b. 1. l. 13. C. de fur. interdum Pactum l. 11. l. 13. l. 17. C. b. 1. aliquando Contra-
ctus l. 5. C. b. 1. appelletur, minus tamen recte inde inferitur, Decisionem, Pactum
vel Contractum genus Transactionis esse; Cum Decisio sit effectus Transactio-
nis *Vis. 1b. 40. Pactum verò & Contractus modi, quibus transactio fieri solet*

Vis.

Vid. tb. 36. Accedit quod genus suæ Speciei semper inesse debet; Factum verò vel Contractum non semper Transactioni inesse, apparet ex *tb. 39.*

4. Differt præterea Transactio à Pacto & Contractu: Pactum regulariter fit de re certa & indubitata & quidem gratis *l. 1. b. s. Transactio nunquam fit gratis sed dato aliquo vel retento vel promisso l. 38. C. h. r. l. 3. C. de repud. vel abstin. hered. vid. tb. 39.* & semper de rebus incertis, dubiis & litigiosis *l. 1. l. 14. ff. l. 12. 16. 17. C. h. r.* Contractus ad obligationem producendam comparatus est; Transactio verò potius ad perimendam *l. 35. C. h. r.* Deniq; ex omni quidem Contractu, non verò ex omni Transactione oritur Actio. *Vid. tb. 48.*

5. Dividitur Transactio in Publicam & Privatam. Illa est, quæ fit à Principe aut Duce belli per pacem Reip. causæ, cujusmodi est Transactio Passaviensis (quam non vi D. Imperatori CAROLO V. à Protestantibus extortam, sed flagrantibus summis Germaniæ necessitatibus, præviis maturis consultationibus, ex vero paternoq; affectu in communem nostram patriam scienter & libenter anno 1551. constitutam esse, ex verbis dictæ Transactionis apparet.) Pragensis anno 1635. Monasteriensis & Osnabrugensis novissimè facta. Hæc est, quæ fit à privatis de re privata; de qua nobis agendum. Distinguitur in Generalem & Specialem. Generalis est, quando infinitè de omni re dubia sine ulla rerum notatione; vel finitè, de re quidem certa, sed eâ, quæ multa corpora vel jura, multas species partesve complectitur (uti est Hereditas *l. 12. ff. l. 2. C. h. r.* Tutela *l. 9. ff. l. 4. C. h. r.* Negotiorum gestio *l. 3. C. h. r.*) transigitur. *l. 29. C. h. r.* Specialis est, quando de re certa & singulari, vel pluribus rebus specialiter enumeratis, his remittitur *l. 3. l. 31. C. h. r.* Utraq; vicissim à Dd. in varias dispescitur species: & quidem (1) in Simplicem & Aquilianam (2) in Judicialem & Extrajudicialem (3) in Juratam & Injuratam (4) in Puram & Conditionalem (5) in Scriptam & Non-scriptam *Vid. tb. 39.*

6. Transigere, cum sit de genere permissorum, omnes possunt qui neq; Naturâ neq; Lege prohibentur. Natura prohibentur omnes qui consensum adhibere nequeunt, quales sunt, (1) Furiosi *arg. S. 2. J. de inutil. stip. l. 209. de V. S. l. 5. de R. I.* (2) Mente capti *l. 27. C. h. r.* (3) Infantes *d. l. 209. de V. S.* Cetero enim ad Transactionem non minus ac ad aliam quamlibet Conventionem *l. 1. §. 3. de pact. consensus requiratur l. 29. l. 40. C. h. r.* Furiosi autem & Mente capti non intelligunt quid agant *d. §. 2. J. de inut. stip. nec consensum aut voluntatem habent l. 47. de A. & O. H. l. 22. §. 7. solut. matrim. l. 40. de R. I.* à quibus etiam non multùm Infantes distant *§. 9. J. de inut. stip. l. 189. de R. I. l. 1. C. de fals. monet. non immeritò ab eis arcentur.*

7. Lege

7. Loge transigete prohibentur, quidam suo, quidam alieno nomine
Suo nomine prohibentur (1) Prodigii l. 1. pr. de curat. furios. qui sc. à Magi-
stratu per interdictionem bonorum tales sint declarati l. 10. de Curat. furios. l. 12.
de usurp. l. 3. C. de integ. restit. cum multū similib. (2.) Impuberes seu Pupilli
arg. s. ult. f. quib. al. lic. vel non. l. 4. C. de prad. & al. reb. min. (3.) Puberes seu
Minores 25. annis Curatorem habentes arg. l. 25. & 33. C. h. t. d. l. 4. C. de prad.
& al. reb. min. l. 3. C. de restit. in integ. Cū enim Transactio species quædam sit
alienationis arg. l. 1. §. 1. inf. de offic. Procurat. Cas. l. 1. §. 9 si quid in fraud. patro.
l. 4. C. de prad. & al. reb. min. nec absq; alienatione procedat l. 38. C. h. t. alie-
natio autem non absq; administratione arg. s. s. f. quib. alie. lic. prænominate
verò personæ rerum suarum administrationem non habeant, nec sine Tutoris
vel Curatoris autoritate alienare possint §. fin. f. quib. alien. lic. l. 1. pr. de Mi-
nor. liquido apparet, nec efficaciter transigere posse: d. l. nisi (1.) Tutoris vel Cu-
ratoris autoritate Transactio inita sit arg. pr. f. de aucto. tut. vel (2.) conditio-
nem suam transigendo meliorem fecerint arg. d. pr. f. de aucto. tut. l. 28. pr. de
pact. ne in damnum vergat, quod in ipsorum favorem intro ductum est, contra
l. 25. de legib. l. 14. inf. C. de procurat.

8. Alieno nomine transigere Lege regulariter prohibetur (1.) Procu-
rator ad unum actum constitutus l. 7. C. h. t. l. 10. C. de Procur. (2.) Procurator ad
agendum l. 7. C. h. t. arg. l. 13. de pact. Hi enim transigendo mandati excedunt
fines, contra §. 8. f. Mandat. l. 5. pr. ff. l. 12. C. eod. cum similib. (3.) Procurator uni-
versorum bonorum sine liberali 60. 63. de Procur. c. 9 X. de Arbit. (4.) Procura-
tor Caesaris inconsulto Principe l. 13. h. t. l. 1 §. 1 de offic. Procur. Cas. (utpote qui-
bus non alienatio d. l. 63. de Procur. d. l. 1. de offic. Proc. Cas. l. 30 de Jur. fis. sed di-
ligens administratio inuncta & commissa est) (5.) Pater de bonis filii emanci-
pati l. 10. h. t. (sunt enim sibi invicem extranei §. 3. f. de hered. qualis. ut propter-
ea unius Transactione, alterius jus lædi nequeat l. 3. ff. l. 1. C. h. t. vid. ib. 31. & 43.)
nec non de filij adhuc in sacris positi peculio Castrensi vel Quasi-Castrensi arg.
l. 18. §. 1. & seq. ff. l. 3. C. de Castrens. pec. l. 6. pr. C. de bon. que lib. ut & de eo
quod propter injustum patris divorcium filius consequitur auct. idem est C. de
bon. que lib. Nov. 124. c. 11. item de bonis à Principe donatis l. pen. C. de bon. que
lib. imo de omnibus bonis adventitiis in quibus filius usufructum habet Nov.
117. c. 1. (quia in his omnibus pater nihil juris, ne administrationem quidem,
habet per tex. alleg. quæ tamen omninò in Transactione desideratur Vid. ib. 7.)
& deniq; de dote filiz nomine petenda arg. l. 2. §. 1. solut. matrim. cū dos
proprium filiz sit patrimonium l. 16. de relig. & sumpt. fun. l. 14. ad L. Falcid.
l. 4. de collat.

Δ 1

9. Cæteri

9. Ceteri qui transigere non prohibentur vel transigunt suo vel alieno nomine. Suo nomine transigunt Rerum Domini, ad quos res transactionis spectat, modo liberam rerum suarum administrationem habeant *arg. eor. que th. 7. tradit.* Huc pertinet (1) Minor Curatorem non habens *l. 3. C. de restit. in integ.* (2) Filius familiae: quoad bona Castrensia & quasi Castrensia, nec non adventitia quae pleno jure ad eum pertinent *Vid. ib. prec. 8.* (3) Procurator in rem suam. Hic enim respectu effectus commodi scilicet & incommodi exercendarum actionum, non alieno, sed suo agit nomine *l. 55. ff. l. 9. C. de procur. l. 2. de Re jud. l. 20. §. 1. de Appel. Dominiq; loco habetur l. 13. §. 1. de pact. & proinde pro lubitu suo transigere potest *arg. l. 8. §. 2. quib. mod. pig. vel hypo. solv.**

10. Alieno nomine transigunt, quibus rerum suae curae commissarum libera administratio Conventione vel Lege concessa est. Conventione alieno nomine transigere potest (1) Procurator speciali mandato ad id instructus *l. 63. ff. l. 16. C. de procur. l. 17. §. fin. de jur. jur. c. 4. de Procur. in 6.* (2) Procurator Universorum bonorum cum libera *l. 58. de Procur. l. 9. §. 4. de A. R. D. c. 4. de Procur. in 6.* Cum enim hic Procuratori in rem suam, ut & Procuratori speciali mandato instructo comparetur *l. 17. §. fin. de jur. jur.* nec non pacisci *l. 10. §. fin. l. 11. l. 12. de pact. & alienare possit d. l. 58. de Procur. d. l. 9. §. 4. de A. R. D.* nullum dubium est, quin & valide transigere queat *arg. d. l. 58. ff. l. 10. C. de procur. l. 10. C. quod cum eo: d. c. 4. de procur. in 6.* modo id non fraudulenter & ambitiosè, sed ex fide & animo administrandi, ob utilitatem & singularem quandam necessitatem fiat *l. 63. inf. de Procur. l. 9. §. 4. de A. R. D.*

11. Legis concessione alieno nomine transigere possunt (1) Tutores & Curatores *l. 54. §. 1. l. 56. §. 4. de furt.* (Domini enim loco habentur *d. l. 56. §. 4. de furt. l. 27. de admin. & peric. l. 7. §. 3. pro Empt. l. 157. de R. I.*) non quidem diminuendi, & donandi, sed praesentissimi litis & damni totius periculi avertendi causa *l. 46. §. ult. de admin. & peric. tut. l. 16. C. eod. l. 22. C. de pact.* Quod si Transactione hoc agatur ut res pupillorum & minorum immobiles pretiosaeq; *l. 22. C. de admin. tut.* alienentur, iudicis cognitio & decretum intervenire debet *l. 4. C. de praed. min. fin. decret. non alien.*

12. Eodem modo (2) Patri de bonis adventitiis filijfam. quorum ususfructus & administratio paternae pietati concessa *l. 6. pr. & §. 2. C. de bon. que lib. l. 1. C. de bon. mat. §. 1. §. per quas person. nob. acquir. ex justa & necessaria causa in utilitatem filij *arg. l. 10. b. 2. l. 18. §. 3. de Castren. pec. transigere permissum *arg. l. ult. §. 3. & 4. l. 6. §. 2. C. de bon. que lib. l. 1. C. de bon. mat. etiam filio, qui ejus aetatis est, ut non possit consentire, vel peregrè absente irrequisito *arg. d. l. ult. §. 3.****

646

¶ 4. *C. de bon. que lib.* Si verò filius consensum adhibere valeat, ac præsen sit, ejus consensus omnino requiritur *arg. d. l. ult. C. de bon. que lib.*

13. Sic quoq; concessione legis (3.) Administratores & Syndici Civitatum (qui ob generale mandatum, à lege concessum, Procuratoribus universorum bonorum cum libera non ab similes sunt) in utilitatem Reip. *l. 12. C. h. s. ut & (4.) Prælati & Præpositi Ecclesiarum de bonis Ecclesiasticis c. 3. X. de Transact.* transigere possunt; ita sc. ut Illi nihil fraudulenter vel simulate agant, nihilq; ambitiosè remittant *d. l. 12.* Hi verò consensum aut ratihabitionem Capituli adhibeant *d. c. 3.* maxime si bonorum immobilium possessio, dato aliquo vel promisso, ad alium transeat, aut penes alium, non apud Ecclesiam, remaneat; siquidem posteriori casu etiam non interveniente Capituli consensu, Transactionem valere, plerique tradunt.

14. De Vasallo quatenus (5) ex concessione legis sine consensu Domini transigere possit, non usq; qua; expeditum est; Nos communiorem, ut veriorrem securi, ipsum non tantum si agat, sed & si conveniatur, etiam in præjudicium Domini, licite transigere posse, statuimus *2. F. 26. §. si Vasallus de beneficio, 2. F. 43.* modò omnia bona fide, & sine fraudulento agat consilio *d. 2. F. 43.*

15. Ex jam dictis itaq; apparet, omnes transigendi facultatem habere, qui consensum adhibere possunt *vid. ib. 6.* modò liberam rerum suarum *vid. ib. 7. & 9.* vel suæ curæ commissarum administrationem habeant *vid. ib. 8. 10. cum seq.* Nec admittit illa facultas si fortè ægritudine laborent corporis *l. 20. l. 27. C. h. s. cùm in his quæ consensu geruntur mentis tantum non corporis simul requiratur sanitas arg. l. 2. qui test. fac. l. 3. C. eod. quia mente & animo non corpore consentimus arg. l. 1. 2. 3. de O. & A. l. 1. de V. O.*

16. Visis Personis quæ transigere vel non possunt, examinanda veniunt objecta, super quibus Transactiones legitime vel minus interponuntur. De his in genere notandum, quod qualibet res dubia & lis incerta, nec dum finita, sit habile Transactionis objectum. *l. 1. 2. ff. l. 12. l. 16. C. h. s. l. 6. C. de solut.* Dubiam autem rem litemq; incertam faciunt, dubius & incertus judiciorum eventus *l. 51. de pecul. adversarij contradictio arg. l. 11. b. s. aut metus contradictionis l. 2. C. ult. C. h. s.* Non enim præcisè requiritur litem præsentem, motam & in judicium deductam esse, sed sufficit timor & suspicio litis aliquando futuræ & movendæ *arg. l. 7. d. l. 11. ff. d. l. 2. d. l. ult. C. h. s.* Lis nondum finita dicitur, quæ Judicis sententia nondum decisa ac terminata *arg. d. l. 7. pr. ff. l. 32. C. h. s.*

17. De re itaq; judicata frustra transigitur *l. 7. pr. & §. 1. ff. l. 32. C. h. s. l. 23. §. 1. de condit. instab. tam quia materia super qua Transactio interponitur ex-*

Quia arg. l. 1. 16. de Rejudic. l. 107. de R. J. tūm quod ea quæ publicè in judicio definita sunt, privatorum arbitratu pro indefinitis & adhuc incertis haberi non debent arg. l. 2. l. 4. §. 5. C. de Rejud. Et hoc intelligendum est de verè & absolute judicato, seu de tali Judicis sententia, quæ nullo remedio attemperari potest l. 23 §. 1. de condi& indeb. Nam si post latam sententiam (1.) Appellatio intercesserit vel intercedere possit l. 7. h. t. d. l. 23. §. 1. de condi& indeb. (2.) Restitutio in integrum petita fuerit l. 32. C. h. t. aut (3.) alio quocunq; remedio suspensivo (v. c. Revisionis) sententia suspensa sit, vel adhuc suspendi possit arg. d. l. 7. ff. d. l. 32. C. h. t. d. l. 23. §. 1. de condi& indeb. item (4.) si negetur l. 11. h. t. vel (5.) ignoretur sententiam latam esse d. l. 11. h. t. d. l. 23. de cond. indeb. & deniq; (6.) Quodocunq; incertum, an sententia robur habitura d. l. 23. §. 1. de condi& indeb. rectè transigitur; Quis omnibus hisce casibus istis adhuc lubest, vel lubesse potest d. l. 11. h. t. nec judicatum esse videtur arg. l. 2. §. ult. ad Scem Turpil.

18. De rebus jure jurando decisis Transactio fieri nequit, quia jusjurandum vim & auctoritatem rei judicatae l. 13. quib. mod. pig. sol. l. 1. quar. rer. act. non dat, imo majorem, quàm res judicata ipsa, habet l. 2. de jur. jur. Idem asserendum de Judiciali confessione, quia & ea certa est, & in jure confessi pro judicatis haberi solent l. 16. de rejud. nisi probari possit, confessionem per errorem factam esse, non enim fateri creditur qui errat l. 2. de confes.

19. Sic quoq; de rebus sacris & spiritualibus in litigium deductis, Transactio non procedit, cūm Simoniz affine sit, pretium pro talibus dare vel accipere c. 4. 7. 9. & 10. X. h. t. Neq; de matrimonio dissolvendo Transactio valet Nov. 127. c. 4. e. fin. X. h. t. quæ verò pro matrimonio inita (qualis est, v. c. si id agatur ut Sponsa maneat Sponsa, promissa fortè majori dote, utpote quæ plerosq; ad matrimonium contrahendum invitat arg. l. 71. §. 1. de condit. & demonstr.) valida est & firma, tūm favore conjugij, tūm quia nulla firma dari potest ratio quæ eam improbat.

20. De Controversijs ex testamento l. 3. §. h. t. vel codicillis d. l. 3 §. 1. l. 12. h. t. proficiscentibus, transigi aliter nequit, quàm inspectis cognitissq; testamenti vel Codicillorum verbis d. l. 6. h. t. l. 1. §. 1. testam. quemad. aper. idq; tūm in favorem ultima voluntatis, tūm in odium testamenta occultantium & inde lucra captantium, constitutum. Cum enim veritas aliter exquiri non possit quàm inspectis cognitissq; verbis d. l. 1. §. 1. testam. quemad. aper. facile inspectione neglecta, quispiam defraudari & ultima testatoris voluntas everti posset, contra l. 1. C. de S. S. Eccles. l. 5. testam. quemad. aper. Idem obtinet si controversia ortæ ex testamento nuncupativo probationis ergo in scripturam (uti hodie fieri solet)

7
folet) redacto, & aliunde litigatoribus liquidò non constet, quid in illo continetur *arg. eor. que sup. alleg.* Si verò scriptura omiſſa, Transactionem non nisi examinatis testibus, coram quibus testator voluntatem suam nuncupavit cognitisq; testificatis, procedere, Dd. tradunt.

21. Sed quæstionis est: Utrum transigentibus inspectioni & cognitioni verborum ultimæ voluntatis renunciare fas sit? Quod comuniter Dd. negant, quorum sententiæ & nos subscribimus: tum quia illa renunciatio est contra expressam legis dispositionem & proinde nulla *arg. l. 14. §. 1. inf. C. de SS. Eccles. l. 5. C. de legibus* cum quia *l. 6. h. t. & l. 1. §. 1. testam. quemad. apor.* non tam in favorem legatariorum quam testatoris & publicæ utilitatis *arg. l. 1. C. de S. S. Eccl. l. 5. test. quemad. apor.* (cui renunciando nemo potest nocere *l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. l. 38. de pact.*) lata & inducta est; Quamvis de jurata renunciatione non quidem de jure Civili *arg. l. 7. §. 16. de pact. l. 5. §. 1. C. de LL.* sed Canonico, aliter dicendum videatur *c. 28. X. de jur. jur.*

22. Præterea de alimentis quavis ultima voluntate relictis *l. 8. §. 2. h. t. Senatus D. Marco* auctore; constituit, ne de iisdem Transactiones aliter essent ratæ, quàm causa cum consilio a Prætoribus cognita probataq; *d. l. 8. pr. & §. 8. ff. l. 8. C. h. t.* idq; ob favorem ultimæ voluntatis *arg. l. 1. C. de SS. Eccl. & ipso- rum alimentariorum commodum eo melius promovendum* (ne sc. alimentarij modico præsentis contenti facillè transigant *d. l. 8. pr. h. t. & postea summa semel soluta & consumpta, contra quàm prospexit testator, egeant d. l. 8. §. 6. h. t. arg. l. 15. de an. leg.*) Et hoc intelligendum est de futuris alimentis *l. 8. C. h. t.* non de præteritis *d. l. 8. C. l. 8. §. 22. ff. h. t.* in quibus solvendis mora facta est; si- quidem præterita nomine potius quàm re ipsa alimenta sunt, cum nemo in præteritum ali possit, quia postquàm vita aliunde sustentata est, in præteritum esurire vel egere nemo potest; ideoq; de ijs tanquàm puro & simplici debito, etiam citra Prætoris auctoritatem transigere licitum *d. l. 8. §. 22. ff. l. 8. C. h. t.* Quod & in futuris alimentis tunc obinet, si alimentarius conditionem suam meliorem reddiderit *d. l. 8. §. 6. & §. fin. h. t.*

23. Dum autem Senatus ultimæ voluntatis nominatim mentionem facit, non improbabiler inde colligimus, eo ipso actus viventium excludi, ita ut neq; ad Donationes inter vivos *l. 8. §. 2. inf. h. t.* neq; ad Contractus extendi debeat Oratio. Cum enim hic ratio cessat prohibitionis, favor sc. ultimarum voluntatum, seu supremi testatoris judicij conservatio, merito quoq; etiam cessare debet juris dispositio, ut proinde firma sit conclusio: quod de alimentis, quæ ex contractu quodam inter vivos debentur, sine ulla consideratione an præterita

an adhuc futura etiam Prætoris cognitione omiffa, Transactio fit licita.

24. Cæterum Prætoris est cognoscere de causis transigendi, de modo, deq; transigentium personis, quò his cognitis de æquitate Transactionis statuere valeat *l. 8 §. 8. h. t. Causæ* transigendi justæ, variæ sunt, quarum præcipuas refert Ulpianus in *d. l. 8 §. 8 h. t. MODUS* pro ætate & valetudine ejus qui transigit arbitrandus est, aliàs enim cum puero, aliàs cum juvene, aliàs cum sene transigi solet *d. l. 8 §. 10. b. t. In* contemplatione Personarum hæc versantur. ut cognoscat Prætor: cujus vitæ sit alimentarius, quibus moribus præditus, utrum homo sit frugi vitæ, qui alias sufficere sibi possit, aut legioris *d. l. 8 §. 11. h. t. In* contemplatione verò ejus à quo alimenta relicta sunt, hæc exone consideranda: in quibus sit facultatibus, cujus propositi, cujus opinionis; tunc enim apparebit, numquid circumvenire velit eum cum quo transigit *d. l. 8 §. 11. h. t. De* his omnibus si Prætor non inquisierit, nullius momenti est Transactio *d. l. 8 §. 17. b. t. Neq;* hanc de alimentis cognitionem alij vicissim Prætor mandare poterit, *d. l. 8 §. 18. h. t. l. 1. inf. de offic. ejus cui mand. jurid. Quia* neq; imperij est neq; jurisdictionis sed specialiter à lege Prætori concessa *d. l. 8. pr. h. t.*

25. De dubia status Quæstione ex Anastasii constitutione Transactiones celebrari possunt, non tantùm si indagatur, ut quis maneat in libertate, sed etiam ut servus fiat *l. 10 l. ult. C. h. t. quo* posteriori tamen casu Transactionem tamdiu valere, donec adhuc incertum an quis ingenuus, an servus; dubio verò hoc ad certitudinem redacto, eam rescindi & retro nullam declarari, Dd. volunt, idq; ob libertatis favorem; perquam enim durum esset, repertis postea novis instrumentis & probationibus jus proclamandi in libertatem negare, cū inestimabilis res sit libertas *§. ult. l. Quib. ex caus. manum: non lic. l. 103. de V. O. l. 176. §. 1 de R. I.* ut proinde Transactio, contra libertatem inita, aliarum super re pecuniaria Transactionum jure (*de qua agitur l. h. pr.*) censeri nec possit, nec debeat *arg. l. 13. inf. C. h. t. l. 6. C. de lib. caus.*

26. Porro ad Objectum Transactionis quoq; referuntur crimina publicæ, de quibus agitur in nobilissima illa & difficillima *l. 18. C. h. t. de* qua pro instituti nostri ratione & nobis agendum. Ut autem in *d. l. 18. transactione* eo feliciter versemur, delectione ante omnia nobis constare debet. Nos tam, qualis in editione Gothofrediana existat, puram & genuinam agnoscimus, & propterea contextum non aliter, quàm vulgo solet, concipi debere censemus. Interim tamen non negamus *d. l.* interpolatam esse; Verba enim illa: *Excepto adulterio*, non sunt Diocletiani aut Maximiani (utpote quorum temporibus nondum capitale fuit adulterium *arg. Nov. 124. c. 10. l. 10. C. ad L. Jul. de adult.*) sed à Triboniano

22
7

à Triboniano, ad posteriores leges & usum sui temporis respiciente, adjecta. Con-
tinentur autem in d. l. duæ Regula & duæ Exceptiones.

27. Prima Regula est: *Transigere vel pacisci de crimine capitali prohibi-
tum non est.* Pro cuius meliori intellectu notanda venit distinctio Criminum
in Publica & Privata. Illa propriè Crimina; Hæc Delicta, dicuntur l. 17. §. 18.
de Edil. edict. l. 121. §. 1. in f. de V. S. Interdum tamen promiscuè usurpantur
uti apparet ex §. 1. *7 de obl. qua ex delict. nas. l. 3. ad S. C. Turpil. l. 1. §. An de pœn.*
(ubi delicta privata Crimina dicuntur) l. 4. *C si serv. expert ven. l. un. C. de senend.*
propinq. (ubi Crimina delicta vocantur) Publica Crimina vel sunt Capitalia vel
non-Capitalia. Hæc sunt: ex quibus vel multa, vel in corpus aliqua coercitio,
vel infamina pœna est l. 2. *in f. de public. jud. l. 6. §. fin. junctâ l. 7. §. l. 28 §. 1.*
de pen. Illa plerumq; in iure dicuntur, cuius pœna est vel mors naturalis vel
mors civilis l. 2. *de public. jud. l. 2. l. 28 de pen. l. 4. si qui caut. l. 12. de bon. pos.*
l. 14. §. 3. de bon. libert. l. 10. de jur. patr. l. 103. de V. S. Nonnunquam tamen
Capitalia vocantur, cuius pœna est mors naturalis tantum l. 4. l. 21 *de pœn.*
Et in hac significatione etiam in nostra l. 18. accipiuntur. Opponuntur enim
ibi Crimina Capitalia his criminibus, quæ sanguinis, id est mortis naturalis
(quam sanguis sæpissime denotare solet *arg. l. 1. de bon. eor. qui ant. sent.*
mort. l. ult. de prævaric. l. ult. §. fin. C. de Jude. c. 9. X. Ne Cler. vel Monach.
secul. negot.) pœnam non ingerunt.

28. Concepta itaq; est Regula nostra de Criminibus Publicis Capitalibus,
quæ sanguinis pœnam seu mortem naturalem ingerunt, de quibus transigere
vel pacisci prohibitum non est d. l. 18. & proinde permissum *arg. l. 43. §. 1. de*
procur. Ratio permissionis est; tolerantia Imperatorum, qui ignoscendū censue-
runt ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit l. 1. *de bon.*
eor. C. l. ult. de prævaric. cum Naturâ duce cuiq; insitum, ut se suumq; corpus
tueatur, & nocitura quovis modo declinet *arg. l. 3. de l. C. l.*

29. Et quamvis miseratio Rei, imprimis locum huic transigendi beneficio
dedit, non minus tamen Actori quam Reo concessum illud esse, arbitramur.
Cum enim d. l. 18. indistinctè loquatur, & neutri in specie prohibitum reperia-
tur, utriq; permissum censerî debet *arg. l. 4. C. ad L. Jul. de adult.* Accedit quod
ratio d. l. 18. generalis sit, & æq; tam pro Actore quam pro Reo faciat; in utroq;
enim versatur periculū sanguinis, & uterq; de capitis certat periculo. Sicut enim
Reus legitime convictus panam luit capitis; ita Accusator in probatione in-
tentati criminis succumbens, pœnam rationis, ad quam inscriptionis vinculo
obstrictus, subit, cum calumniæ causa litem movisse præsumatur l. 7. *gr. de accus.*
l. ult.

*l. ult. C. eod. l. fin. C. de calum. Aurb. sed novo jure C. ad L. Jul. de adult. Sanè nisi & Actori permilla Transactio, ea etiam & Reo frustra concessa fuisset, cum Reus solus secum transigere non possit, nec dare, nisi quis accipiat; Actor autem nunquam acciperet, si pœnam S. C. Turpilliani *vid. ib. seq.* sibi subeundam esse sciret; & ita Imperatores una manu intervertissent, quod altera dedissent.*

30. Permissam autem esse illam transigendi facultatem tam ante quam post institutam accusationem statuimus; tum quod, *d. l. 18.* generaliter & absolute Transactionem permittit, nec magis tempus illud quod accusationem subsequitur, quam quod eandem præcedit, exprimit; tum, quia periculum sanguinis æq; ante atq; post accusationem, tam Reo quam Actori, ob metum malæ sententiæ, imminet. Et quamvis aliàs Accusator ab accusatione judicialiter institutâ, citrà abolitionem desistens *l. 1. §. 7. l. 15. ad S. C. Turpil. l. 1. l. fin. C. eod. l. 6. §. 3. de Decur. l. 2. C. de abolit. in pœnam S. C. Turpil. i. incidat d. l. 15. ff. d. l. 1. l. pen. C. ad S. C. Turpil. ita ut infamia notetur & extra ordinem cõtrahatur l. 2. in f. C. ad S. C. Turp. d. l. 6. §. 3. de Decur. l. 3. C. de his qui accus. non pos. l. 1. C. 2. ut int. cert. temp.* attamen excusatur, qui non impetratâ abolitione, Transactione de Criminibus publicis Capitatibus interpositâ, ab accusatione desistit *l. 13. C. b. r. arg. l. 3. C. ad S. C. Turp.* Sicuti enim reus S. C. Turpil. non fit, qui permissu Imperatoris ab accusatione institutâ recedit *l. 13. §. 1. ad S. C. Turp.* ita pœnam S. C. non incurrit, qui permissu legis post institutam accusationem de crimine publico capitali transigit *arg. l. 4. C. ad L. Jul. de adult.* Licet etiam Reus, qui Accusatorem cepto iudicio corrumpit, pro confesso habeatur *l. 1. de his qui not. infam. l. 4. 29. de jur. ff. l. fin. de pravar. l. 1. C. 2. de bon. eor. qui ant. sent. in prædictis tamen casibus si transegerit, minimè pro eo habendus est, quia lege permittente factum d. l. 1. de bon. eor. d. l. fin. de pravar. l. 18. C. b. r. & magis declinandi gravissimi periculi causâ, quam conscientia sceleris transegisse, censendus.*

31. Minimè tamen per hujusmodi Transactiones Resp. (cujus interest atrocia & capitalia puniri delicta *l. 51. §. 2. ad L. Aquil. l. 70. §. f. de fidejuss. l. 14. C. de pen.*) læditur Juriq; Publico præjudicium fit, contra *l. 7. §. 14. C. 16. l. 27. §. 4. l. 38. 42. de pact. l. 15. §. 1. ad L. Falcid. C. c.* Non enim delictorum impunitatem fovent, nec publicam criminis vindictam, sed privatam tantummodo accusatoris accusationem, tollunt. Nam cum commune sit omnibus Pactis & Transactionibus à privatis initis, ut personas paciscentium non transgrediantur, aut aliis præjudicent *l. 27. §. 4. de pact. l. 3. pr. b. r. cum fruil. ib. 43. alleg. hæc quoq; Transactiones de Criminibus publicis capital: aliis præjudicare nequeant,*

22
7

quent, sed cuius è populo permiffum est (ex natura iudiciorum publicorum §. 1. 7. de pub. Jud. & popularium l. 1. de popul. ad.) hunc ipsum Reum de eodem acculare crimine arg. l. 5. §. f. ad L. Jul. de vi public. l. pen. C. pro quib. caus. sev. pro prop. libert. accip. ipseque Magistratus ex officio in Reum inquirere, & eum iusto afficere potest supplicio arg. l. 2. C. de abolit.

32. Exceptio Regulæ continetur in verbis: Excepto ad alterio: De hoc enim transigere vel pacisci omnino prohibitum d. l. 18 C. b. t. l. u. l. 29. §. 2. ff. l. 10. C. ad L. Jul. de adult. Quamam verò sit ratio prohibitionis non una omnium est sententia; Nobis subsequens præprimis valida videtur, videlicet quod ejusmodi Pactum vel Transactio, cum suspitione ac crimine lenocinij conjuncta sit arg. l. 2. §. 2. & 3. l. 2. 14. 29. ff. l. 9. C. ad L. Jul. de adult. cui turpi facio rite. nostram aperite noluit Imperator, ne ipse lenocinij reus fieret, neque inde nasceretur injuriarum occasio, unde jura nasci debent arg. l. 6. C. und. vi.

33. Non levis autem est Dd. altercatio; an stuprum quoque sub hujus regulæ exceptione contineatur? Negativam amplectimur; quia stuprum regulariter capitale crimen non est §. 4. 7. de Pub. Jud. & proinde à regula, quæ de criminibus capitalibus loquitur Vid. th. 27. & 28. exceptum dici non potest, cum notum sit illud brocardicum: exceptionem debere esse deregulã. Idem iudicium esto de incestu, cum nec incestus semper capitis poenam habeat arg. l. fin. de rit. nupt. Nov. 12. c. 1.

34. Et tantum de prima Regulã ejusque Exceptione, sequitur altera, quæ ita habet: In aliis autem publicis criminibus, quæ sanguinis poenam non ingerunt, transigere non licet. Per poenam sanguinis in hac l. 18. intelligi mortem naturalem, supra th. 27. & 28. traditum; Quæcumque igitur crimina publica non irrogant poenam mortis naturalis, licet sanguinis effusionem habeant, de iis transigere non licitum. Hinc apparet legem nostram locum quoque habere in fustigatione & membri mutilatione. Et si enim fustigatio cum sanguinis profusione conjuncta esse, & mortem nonnunquam afferre possit l. 8. §. 3. de pen. per se tamen sanguinis poena non est, nec mortem affert, ut proinde capitalis dici nequeat. Vid. th. 27. imo expressè non Capitalis appellatur poena in l. 6 §. ult. l. 7. l. 28. §. 1. de pen. l. 2. in fin. de Public. Judic. Sic quoque licet in membri mutilatione & amputatione sanguis profundatur; quia tamen profusio illa animæ vehiculum penitus non tollit, nec mortem totius hominis infert, sed in membro illo amputato tantum consistit, sanguinis poena dici nequit. Vid. th. 27.

35. Ratio hujus secundæ Regulæ delimitur à contrario sensu ex regulæ præcedentis ratione; quod sc. periculum capitis veniam promerens l. 1. de bon. eor.

qui ant. sent. in criminibus non capitalibus non versatur; unde de tali crimine transigentes excusationem non merentur, sed Reus pro confesso (ob juris præsumptionem conscientiam sc. criminis adversarium corruptum esse) habetur. l. fin. de pravar. cum sim. l. 30. alleg. Actor verò vendens & nundinans iudicium publicum prævaricari ac calumniari videtur d. l. fin. & proinde SCi Turpil: poenam incurrit per alleg. l. 30.

36. Quemadmodum autem transigere, ita quoque pacisci de hisce criminibus non licet. Utrobique enim militat eadem ratio prohibitionis; quia Actor quomodocumque sive accepta pecuniâ sive gratis ab accusatione (non impetrata sc. abolitione l. 7. §. 7. l. 15. ff. l. l. §. 2. C. ad. SC. Turp.) desistat, in SCtum Turpilianum incidit, & paciscendo etiam prævaricatur l. 10. C. ad L. Jul. de adult. Reus quoque quocumque modo adversarium corruptens, pro confesso habetur l. 5. de his qui not. infam. l. fin. de pravar. l. 1. de bon. eor. qui ant. sent. mort. In hoc autem non conveniunt Dd. An etiam ante coeptum iudicium de hisce criminibus transigere & pacisci prohibitum? Negativa nobis arridet; Quia tunc deficit ratio ob quam Pactum & Transactio interdicta. Actor enim ab accusatione desistisse dici nequit, nisi eam inceperit, & per consequens nec in SCtum Turp. incidisse, licet eam minatus fuerit l. 5. ad SCe Turp. neque Reus pro confesso haberi potest, nisi judicialiter conventus & sic confessus, cum extrajudicialis confessio non sufficientem probationem, multo minus condemnationem, pariat arg. l. 26. §. 5. de noxal. act. l. 25. §. 8. de Edil. edict.

37. Adduntur in fine d. l. 18. hæc verba: *citra falsi accusationem*. Unde ingens oritur Dd pugna: an particula illa *citra* privative pro *sine*, an vero exceptivè pro *præter*, sit intelligenda? Nos cum ijs facimus qui exceptivè eam intelligunt, inque his verbis exceptionem à Regula l. 34. tradita, contineri statuunt, ut sensus sit: *de falsi crimine transigi posse*. Et sanè nisi particula *citra* exceptivè pro *præter* hoc loco sumatur, fateri nos oportebit, paciscentem aut Transactione ab accusatione desistentem, quasi falsarium, ex L. Cornelia poena falsi teneri, eum tamen neque L. Cornelia. neque usquam alibi in jure, hoc proditum, sed huiusmodi transigenti aut paciscenti poena SCi Turp. constituta est: r. ff. §. C. ad SCe. Turpil. vid. l. 30. §. 35. quæ nihil commune cum L. Cornelia habet. Accedit quod præter d. l. 15. C. h. t. & alij dantur textus ex quibus apparet Transactionem de crimine falsi permissam esse l. pen. §. h. t. 7. C. ad L. Cor. de fal. l. 2. C. de his quib. ut indig. nullus autem afferri potest, in quo contrarium habetur. Et quamvis Dissidentes in ea sint opinione, quod particula *citra* neque in jure nostro, neque apud Classicum aliquem Authorem, reperitur exceptivè

ve posita pro *præter*, attamen contrarium apparet, tum ex *l. ult. de Caluo. l. un. §. 13. C. de rei usor. ad. Auth. sed novo C. de natural. lib. juncta Nov. 117. c. 4.* tum ex Suetonio in vita Augusti cap. 43. nec non ex Floro lib. 3. *Histor. c. 1.*

38. Sed quid dicendum? An etiam de privatis criminibus seu potius de licitis *vid. 1b. 27. transigere permissum?* Utiq; modo privatum illud crimen civiliter *l. 7. §. 14. l. 17. §. 1. de pact. l. 7. pr. de condict. furt. l. 54. §. fin. l. 56. §. 4. ff. l. 13. C. de furt. non criminaliter sit intentatum l. 7. §. 1. ad sCr. Turpil.* Priori enim casu Pactum vel Transactio privatum tantummodo transigentium, posteriori verò Reip. interesse & publicam criminis vindictam, respicit; & proinde inutilis, cum privatorum pactio juri publico præjudicare non possit nec debeat *l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. de pact. juncta l. 9. §. 5. de Publican. vid. 1b. 31.*

39. Hæc de Objecto seu Materia Transactionis dicta sufficiant, sequitur Forma, quæ est vel Substantialis vel Accidental. Substantialis, quæ non potest abesse, est, ut non fiat gratuitò *l. 1. h. t. sed ut semper pro remissione litis & rei dubiæ contra aliquid detur l. 21. 33. 40. C. h. t. l. 65. de condict. indeb. retineatur. d. l. 21. C. h. t. remittatur l. 12. 25. 34. C. h. t. aut promittatur l. 2. 9. 38. C. h. t. l. 3. C. de repud. vel abstin. her. c. 7. X. de Transact. quod fieri debet (1.) aut pacto convento (quando sc. pro remissione litis, nulla interveniente stipulatione, pacto aliquid promittatur) *l. 2. 3. 9. §. 3. ff. l. 9. 10. 28. C. h. t. l. 30. C. de dol. mal. (2.) aut Contractu & quidem vel Nominato (cum intercedente simplici l. 6. §. 33. C. h. t. aut Aquiliana stipulatione l. 2. 4. ff. l. 3. 4. 15. 40. C. h. t. pro litis remissione aliquid promittatur) vel Innominato (cum pro remittenda lite aliquid detur, retineatur, aut per Acceptationem sine stipulatione promittatur d. l. 6. §. 33. C. h. t.)* Forma Accidental. varia est; quædam enim Transactio sit generaliter *l. 12. ff. l. 2. 29. C. h. t. quædam specialiter l. 3. l. 31. C. h. t. & vel purè vel sub conditione l. 9. 25. C. h. t. jurato vel iojurato l. 41. 42. C. h. t. cum poena vel sine poena l. 15. 16. ff. l. 37. 40. C. h. t. l. 35. de pact. juncta l. 122. §. fin. de V. O. scriptura accedente vel sine scriptura l. 5. 28. C. h. t. in judicio vel extra judicium l. 28. C. h. t. interdiu vel noctu l. 10. C. h. t. feriatis vel profestis diebus l. fin. C. de fer.**

40. Finis & scopus ultimus, ad quem dirigitur Transactio, est: lites incertas terminare & componere *l. 1. ff. l. 10. 16. l. 19. 29. C. h. t. quod Reip. maxime interest, l. 21. de R. C. l. 6. de Excepti. rei judic. l. 13. pr. C. de judic. Effectus, verò in eo consistit, ut vim & efficaciam Rei judicatz *l. 2. de jur. jur. l. 20. C. h. t. & jurisjurandi d. l. 2. de jur. jur. habeat; sicut enim res judicata & jusjurandum l. 1. de jur. jur. ita quoq; Transactio lites finit & decernit, sinemq; contro-**

versis imponit per. *sup. alleg.* & quidem vel ipso jure (si Acceptilatio, vel Simplex, vel Aquiliana stipulatione vallata, intervenerit *l. 3. 4. 15. 32. 40. C. h. t.*) vel ope Exceptionis (si pacto tantum transactum *l. 9. 17. 24. 28. 36. C. h. t. vid. ib. 48. l. 5. C. de dol. mal.*)

41. Lites autem & Controversiæ legitimis Transactionibus semel decise, facile instaurari non debent *l. 6. 13. l. 16. 33. C. h. t.* tunc quod alias nullus esset litium finis *l. 10. C. h. t.* (cum tamen interfit Reip. lites finire per *alleg. ib. præced. 40.* eaq; amputari debeant, quæ occasionem protrahendarum litium præbent *l. 12. C. de contrah. stip. Nov. 96.* ne lites fiant immortales & vitæ hominum modum excedant *l. 13. pr. C. de Judic.*) tunc quod nihil humanæ vitæ tam congruit, quàm ea quæ placuerunt, servare *l. 20. C. h. t. l. 1. pr. de pact. l. 11. §. 1. de act. empt. l. 1. de constit. pes.* Hinc fit, ut Transactio bona fide inita *l. 4. C. de dol. mal. l. 19. C. h. t.* neq; (1.) ob pœnitentiam alterutrius partis rescindi *l. 5. 6. 10. 39. C. h. t.* nec (2.) ob defectum sperati lucri ac commodi *l. 25. 34. C. h. t.* neq; (3.) ob prætextum specierum *l. 19. C. h. t.* aut instrumentorum postea reperorum retractari *l. 19. C. h. t. l. 78. §. ult. ad SCt. Trebel. arg. l. 4. C. de re judic.* imo (4.) nec ob impetratum Imperiale Rescriptum lis resuscitari possit vel debeat *l. 16. C. h. t. arg. l. fin. C. sentent. rescin. non. pos. l. 7. C. de præcib. Imper. offer. l. fin. C. si contra jus vel utilis. pub.*

42. An autem ob enormem læsionem beneficio *l. 2. C. de rescin. vendit.* Transactio rescindi possit? gravis est Controversia, cujus tamen negativa de jure verior. Constat enim quod Controversia jurejurando decisa *l. 21. de dol. mal.* ut & res judicata, immodicæ læsionis prætextu nullatenus sit rescindenda *l. 2. C. de re jud. t. t. C. sentent. resc. non. pos.* eadem autem vis est Transactionis quæ jurisjurandi & rei judicatae per *alleg. ib. 40.* Certum quoq; est Transactionem prætextu instrumenti noviter reperti rescindi non posse per *tradit. ib. præc. 41.* ex quo tamen vel enormissima demonstrari posset læsio *arg. l. 78. §. ult. ad SCt. Trebel.* Et quid multis? Si speciali & noviter impetrato Imperiali Rescripto, lites semel sopitæ resuscitari nequeant per *alleg. ib. 41.* multo minus generali & diverso de casu edito (uti est illud Diocletiani) id fieri poterit. Accedit insuper, quod is, qui opem *d. l. 2. C. de rescin. ven.* implorat, probare necesse habeat, tempore Contractus læsionem fuisse certam *l. 8. 17. §. C. de rescin. vendit.* quia verò Transactio de re dubia & incerta fit *vid. ib. 4.* rei autem incertæ certa æstimatio esse non possit *l. 75. de v. O.* palam est, implorantem probare non posse, tempore Transactionis læsionem certam fuisse; imo ob dubium & incertum litis eventum *l. 11. de pecun. l. 11.* læsio plane æstimari non

22
7
non potest arg. l. 17. C. de usur. quantumcumq; enim accepit vel dedit, potuisset
tamen minus accipere vel plus dare, contrario casu eveniente.

43. Servanda itaq; est Transactio bona fide inita l. 4. C. de dol. mal. l. 19.
C. b. t. à transigentibus, sive illis noceat sive prosit l. 10. 28. C. b. t. arg. eor. qua
ib. preced. dict. alijs verò regulariter (Exceptio enim habetur (1.) in l. 14. b. t.
(2.) in l. ult. de pact. l. 7. §. 1. b. t. cum l. 68. §. 2. de fideiuf. (3.) in l. ult. b. t.) nec
nocet nec prodest l. 27. §. 4. de pact. l. 3. pr. & §. 2. in f. l. 10. ff. l. 1. 26. C. b. t.
l. un. pr. C. si in eor. ead. caus. restit. postul. Valet enim ex consensu l. 1. §. 3. de
pact. l. 13. l. 20. 41. C. b. t. consensus autem personas consentientes non egredi-
tur, neq; res inter alios acta alijs præjudicare possunt l. 155. pr. de R. j. t. t. C. int.
al. act. vel jud. al non noc. Non tamen in omnibus, de quibus inter transigen-
tes nec actum, nec probabiliter cogitatum fuit, non est extendenda Transactio
l. 5. §. 12. l. 9. §. 1. & fin. ff. l. 3. 31. C. b. t. l. 27. §. 4. de pact.

44. Contraria Transactioni sunt: Error, Dolus, Falstas, Metus, Con-
traria voluntas, & nonnunquam Minor ætas. Primùm quod attinet, constat:
Transactionem errore initam, nullius esse momenti, l. 29. C. b. t. l. 36. in f.
fam. hercis. Quia nulla Transactio absq; conventionione & consensu fieri potest
l. 1. §. 3. de pact. l. 23. 20. 41. C. b. t. ubi verò error, ibi excluditur consensus, cum
consensui nihil magis contrarium sit quam error l. 15. de jurisd. l. 2. de judic. l. 20.
de ag. & 19. plav. ars. l. 2. de confes. l. 116. §. 2. de R. l. l. 8. l. 9. C. de jur. & fact.
ignor. excluso autem consensu, nulla conventio nullus contractus subsistit, sed
ut cotruat necesse est d. t. l. 1. §. 3. de pact. l. 55. & 57. de O. & A. (2.) Dolus
quoq; Transactioni (utpote quæ bona fide celebrari debet l. 19. C. b. t. l. 4. C. de
dol. mal.) adversatur, eamq; irritam reddit l. 9. §. 2. ff. l. 4. & 19. C. b. t. nisi (1.)
forte is, qui alterum arguit, & ipse doli particeps fuerit l. 30. C. b. t. (cum ini-
quam sit suum dolum alicui prodesse l. 1. pr. si quis caut. l. 2. de eo per quem fact.
l. 31. pr. de recept. arbit. l. 1. pr. de dol. mal. l. 2. §. 1. de dol. mal. & met. except.)
vel (2.) sciens se dolo induci & ab adversario circumveniri nihilominus trans-
egerit l. 34. C. b. t. (cum volentibus dolus non inferatur d. l. 34. C. b. t. l. 145.
de R. I.) Quod si tamen de Dolo l. 4. C. b. t. nec non de errore l. un. C. de Er-
ror. calcul. controversia orta, eaq; Transactione terminata sit, servanda erit Trans-
actio d. l. 4. C. b. t. d. l. un. C. de Error. cal.

45. Falstas (3) tam litis quàm instrumentorum Transactionem anni-
hilat Si enim calumniandi tantum animo sit fingatur, cum in præsentì nulla
sit nec timeri possit, Transactio nulla est l. 65. §. 1. de condit. indeb. Ex falstis
etiam

etiam instrumentis, si Transactio inita fuerit, eisi iusjurandum de his interpo-
situm sit, falso evidenter revelato, retractatur, *l. pen. C. b. t.* qui enim ita tran-
sigit, non tam transigit quam decipitur *l. 9. §. 2. h. t.* Accedit quod res ex falsis
Instrumentis iudicata retractari potest *l. t. C. si ex fals. instrum.* idcirco etiam
Transactio, cum eadem utriusque vis *l. 20. C. b. t.* Aliud tamen obtinet, si de fal-
sis Instrumentis controversia orta, Transactione sopita sit *d. l. pen. C. b. t.*

46. **V I S** quoque (4) & Metus Transactionem rescindunt *l. 13. C. b. t.*
l. 7. C. de his que vi met. caus. non quidem ille metus litis, qui ad transigen-
dum movet *l. 2. C. b. t.* sed qui extrinsecus inferitur & contra bonos mores sit
l. 3 §. 1 quod met. caus. inque constantissimum virum cadere potest *l. 6. 7 quod met.
caus. l. 184. de R. I.* (uti est metus mortis, cruciatus corporis *l. 3. §. 1. inf. l. 5.
l. 7. §. 1. quod met. caus. l. 2. 7. 9 C. de his que vi met. l. 13. C. b. t.* aut servitutis *l. 4.
quod met. caus.*) & ab eo, qui se metu, ut transigeret, compulsus esse ait, probetur
l. 13. C. b. t. l. 7. §. 9 C. de his que vi. l. fin. quod met. Proinde si Transactio in prae-
sentia amicorum aut parentum facta, facile metus excluditur, nec ejus vela-
mento Transactio rescindi potest *l. 35. C. b. t.* Commodissime verò (5) **C O N T R A**
R I A voluntas utriusque partis Transactionem rescindit *l. 14. C. b. t.* Uti enim
mutuo perficitur consensu, ita quoque recte dissolvitur mutuo dissensu *arg. l.
35. de R. I. l. 80. de solut.* idque locum habet non tantum re integra, sed etiam se-
cuta & tradita, modò illud quod solutum & traditum refundatur & reddatur,
omniaque in integrum restituantur, quo factò, causam ex integro agere licet
d. l. 14. l. 40. C. b. t.

47. Denique (6) **M I N O R** ætas nonnunquam Transactionem invalidam
reddit *l. 5. l. 11. 17. 33. C. b. t.* Minor enim 25. annis Curatorem non habens, si
probare possit se circumscriptum & læsum esse, adversus Transactionem in in-
tegrum restituitur *l. t. C. si advers. Transf.* nisi (1) reciproca remissio, æquitate
maximè consentanea facta sit *d. l. 11. C. b. t.* aut (2) Transactionem juramento
confirmaverit *l. 1. cum Auth. sacramenta puberum C. si advers. vendit.* aut (3.)
veram ætatis imperaverit *l. 1. C. de his qui ven. et at. impet.*

48. Restat, ut quædam dicamus de Remedijs tam Reo quam Actorum
pro conservanda tum resolvenda Transactione competentibus. Pro Tran-
sactione conservanda, si actor ab ejus placitis resilire ausus fuerit, Reo duplex
datur Remedium, unum ut ipso jure, alterum ut exceptionis ope tutus sit.
Ipso jure, si Acceptilatione vel Simplici vel Aquiliana stipulatione interce-
dente Transactio inita sit *l. 3. 4. 15. §. 2. l. 40. C. b. t.* tunc enim actio pristina
penitus,

penitus extinguitur §. 1. & 2. §. quib. mod. sol. obi. l. d. §. 1. l. 13 ff. l. 2. 3. C. de
 accep. d. l. 4. C. h. t. ut nulla amplius Actori superfit d. l. 4. l. 15. 32. C. h. t.
 d. l. 4. §. 3. C. de accep. Ope Exceptionis, si pacto convento transactum
 fuerit l. 9. 17. 24. 36. C. h. t. hoc enim casu Actori superest actio (cum pactum
 ad eam perimendam non satis efficac) quæ tamen à Reo opposita Transactio-
 nis Exceptione elidi potest d. l. 17. l. 28. C. h. t. Econtra Actori, si Reus placitis
 obtemperare recuset, variè consulitur. Datur enim Exceptio, qua repellitur
 Reus, qui illud quod Transactionis causa dedit, repetere desiderat l. 24. C. h. t.
 l. 65. ff. l. 2. C. de vendic. indeb. Si verò Actor nihil acceperit, sed ut quid accipe-
 ret conventum, tunc, si nudo pacto absq; stipulatione promissum, quia actio
 adhuc superest, Actor antiqua actio placiti servandi causa datur, qua consequi-
 tur quod in primam obligationem deductum erat, aut id, quod Transactio-
 ne conventum; quo casu, si à Reo ei opponatur Transactionis exceptio, potest
 illa doli mali elidi replicatione l. 19. 28. C. h. t. l. 35. de pact. Si verò antiqua actio
 sublata sit, datur Actori vel actio ex stipulatu (si stipulatio conventionem
 secuta fuerit) l. 6. 17. 33. C. l. 15. ff. b. t. vel (si verborum obligatio ommissa)
 actio utilis, quæ præscriptis verbis rem gestam demonstrat l. 6. l. 33. C. h. t.

49. Quod si Transactio iuramento confirmata sit, & major 25. annis, con-
 tra eam libero arbitrio confectam, veniendum esse putaverit, non solùm infa-
 mia notatur, verùm etiam actione privatur, & rerum proprietate & omni emo-
 lumento, quod ex illa Transactioe erat consecutus, carere tenetur. 41. C. h. t.
 Si verò vallata sit stipulatione pœnali, & Actor contra conventionem egerit,
 Reus aut pœnam petere, aut Transactioe exceptione uti potest l. pen. ff. l. 17.
 l. 27. C. h. t. Quod si Reus promissis non steterit, similiter in potestate Actoris
 est, vel pœnam petere, vel prænominatis h. 48. actionibus Reum convenire.
 Uterq; enim alterutrum saltem eligere, eoq; electo, altero uti non potest arg.
 d. l. 17. C. h. t. l. 10. §. 1. de pact. l. 4. §. 7. de sol. except. nisi clausula hæc: *rato
 manente pacto*: adjecta fuerit, tunc enim adversus eum, qui contra fidem placi-
 ti venire nititur, non modò pœnæ petitio, sed & pacti exceptio competit, quia
 etiam pœna soluta Transactio in suo vigore manet, l. pen. ff. l. 17. C. h. t.


50. Tandem pro resolvenda Transactioe datur, non servata fide, tam-
 Actori quàm Reo Condictio causa data causa non secuta, qua, quod datum vel
 remissum fuit, repetitur §. 2. de condic. causa dat. cons. non sec. fac l. 12. & 17.
 C. h. t. Datur etiam actio de dolo & metu, si quis intercesserit, l. 4. 13. 19. C. h. t.
 nec non vetus Actio, modò per Acceptilationem extincta non fuerit d. l.
 4. C. h. t.


Desiderio


Desiderio consulerem, si & cetera, qua de amplissima & diffi-
cillima hac Transactionis materia restant, adducere liceret; verum ob-
stat Nobilissima Facultatis Juridica Statutum; ne igitur illud violasse
videar, ceptum non protraham longius, sed in nomine DEI TER-
OPTIMI MAXIMI, cuius auspicio initium Disputationis hujus in-
auguralis feci, eidem iam finem impono, **CUI SIT LAUS**
& **Gloria in sempiterna**
secula.



43. *Principes de jurisdictione communi*







corporales s. jura, quarum possessio in usu & exer-
sistit, L. f. ff. de Servit. L. 6. §. 1. ff. Si servit. vi-
bique vulgatum illud obtinet, quod tantum
præscriptum, quantum possessum, id quod in spe-
risdictionem applicat Köppen. P. 1. Dec. 48. n. 19
autem in longi temporis usucapione rerum cor-
titulus verus requiritur, ita in rebus incorporal-
lus præsumtus sufficit, qui ex præsumta ejus, quæ
scientiâ inducitur, præsumta sc. concessio, Stru-
43. 16. 15. Qui tamen titulus præsumtus non r-
si de justo, vero & ad transferendam Jurisdicti-
biti titulo constat, qui adest, si plures à non Do-
Jurisdictione investiti sunt de prædio pro indivi-
meist. d. l. L. 1. c. 23. n. 21. Per quantum verò
spatium hæc Quasi-Possessio continuata esse deli-
litem non est. Multi requirunt tempus immen-
quam opinionem *receptiorem* & majoris interpre-
tis esse ex Longoyall. refert Paurmeist. d. l. n.
tamen ipse n. 27. recedit. Alii in præscriptio-
parem aut *inferiorem* longum tempus sufficien-
tra *Superiorem* longissimum requiri tempus præ-
Gebhard. de Jurisd. c. 3. n. 50. seqq. Alii distin-
Jurisdictionem cum territorio præscribere ve-
eo, & priori casu longum tempus sufficere, post-
gissimum requiri putant, quæ sententia præ re-
bus consona videtur, vid. Zoel. ad ff. de Jurisd.
B. Brunnem. ad Wesenb. de Jurisd. 2. 19. C
ad Jurisdictionem communem in specie applica-
prout & circa ipsam ut b. f. toto tempore præ-
ad sit requiritur in C. f. X. de Præscript. de cui-

